



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

LXVI. Die Markgrafen von Brandenburg, Johann und Otto, bestätigen den
Tausch, wornach Herzog Barnim von Pommern dem Bisthume Camin für
gewisse Zehnthebungen das Land Stargard, das halbe Land Colberg ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatenus, propositis huiusmodi seruitorum et aliarum necessitatum utilibus causis diligentius inquisitis, et attento perspectis, eidem auctoritate nostra petitam licentiam concedatis, cum ipsis super impedimento consanguinitatis huiusmodi dispensando, prout vestra circumspectio secundum Deum viderit expedire. Quod si non omnes etc. Datum Neapoli, nonis Maii, Anno Primo.

Nach einer Abschrift des Vaticanischen Ges. Archives. Bereits abgedruckt in Meermann, Vryheer van Dalem, Geschiedenis van Graaf Willem van Holland Roomisch koning T. IV, Aanhang p. 217, ingl. in 2. v. Leetebur Allg. Archiv VIII, 286. 287.

LXV. Papst Alexander IV. beauftragt den Bischof von Brandenburg, die beabsichtigte Ehe zwischen dem Markgrafen Conrad, Sohne des Markgrafen Johann von Brandenburg, und der Konstantia, Tochter des Herzogs von Polen, des Verwandtschaftshindernisses ungeachtet, zu genehmigen, wenn zu hoffen sey, daß diese Ehe den Feindseligkeiten zwischen Brandenburg und Polen Einhalt thun werde und wenn diese Ehe dem Könige Wilhelm genehm sey, am 19. Dezember 1255.

Alexander — Episcopo Brandenburgensi —. Ex parte dilectorum filiorum Nobilium virorum J. Marchionis Brandenburgensis et P. Ducis Polonie fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum pro sedandis discordiis et inimicitiiis capitalibus sopiendis, que inter predictos Marchionem et Ducem dudum exorte fuerant, velint, quod nobilis vir Conradus, natus ipsius Marchionis, et dilecta in Christo filia, Nobilis mulier Constantia, nata eiusdem Ducis, ad invicem matrimonialiter copulentur, dispensare cum eisdem Conrado et Constantia, ut non obstante, quod alter alterum quarto consanguinitatis gradu contingit, matrimonium contrahere in simul libere valeant, de benignitate sedis apostolice curaremus. Ideoque mandamus, quatenus si speratur, quod per huiusmodi matrimonium pax et concordia inter prefatos Ducem et Marchionem proueniant, evitentur homicidia, quies atque tranquillitas illis partibus procurentur, tibi que constiterit, quod id karissimo in Christo filio nostro Willelmo, Romanorum Regi Illustri, placeat, cum predictis Conrado et Constantia, ut Matrimonium ad invicem contrahere libere possint, impedimento non obstante predicto, auctoritate nostra, prout secundum Deum videris expedire, dispenses. Datum Laterani, XIII. kal. Januarii, anno Primo.

Nach dem Abdrucke bei Meermann, Vryheer van Dalem, a. a. D. mit der Bemerkung: Deeze Brief van Alexander IV. beruht in het Paufelyk Archiv.

LXVI. Die Markgrafen von Brandenburg, Johann und Otto, bestätigen den Tausch, wornach Herzog Barnim von Pommern dem Bisthume Camin für gewisse Zehnthebungen das Land Stargard, das halbe Land Colberg und das Dorf Clofow abgetreten hat, im Jahre 1255.

Johannes et Otto, Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Ea, que geruntur, a viris prudentibus, ne qua possint attemptari calumpnia, subscriptione so-

lent testium et instrumentorum serie roborari. Notum ergo volumus esse tam presentibus quam futuris, quod nos proprietatem terre Stargard et medietatem terre Colberg, a domino Barnym, consanguineo nostro, pro quibusdam decimis permutatam cum Episcopo et ecclesia Caminenfi, et proprietatem ville Clokow cum antiquis terminis, ad honorem omnipotentis Dei glorioseque matris ejus virginis Marie nec non beati Johannis baptiste, dicto episcopo et sue ecclesie perpetuo appropriamus, Ea condicione, quod eedem decime, que pro dictis terminis permutate sunt, ad nos vel ad nostros redeant, quando vacant. Vt igitur hec nostra confirmacio semper firma maneat, presentem paginam inde conscriptam sigillis nostris cum testium subscriptione fecimus roborari. Acta sunt hec in Prenzlau, anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto.

Nach einem Caminschen Copialbuche, worin die Namen der Zeugen ausgelassen sind, abgedruckt in Dreger's Cod. dipl. Pom. I, 387, wo aber Clotkow statt Clokow gesetzt ist.

LXVII. Paps Alexander IV. hebt einen Gewissensscrupel der Markgräfin Jutta, gebornen Herzogin von Sachsen, und ihres Gemahles des Markgrafen Johann von Brandenburg, wegen des Umstandes, daß Jutta früher mit dem Neffen des Markgrafen, Otto, einem Sohne des Herzogs von Braunschweig, verlobt gewesen, am 21. Januar 1256.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, Nobili viro Johanni, Marchioni Brandenburgensi, et nobili mulieri Jutte, uxori eius, nate nobilis viri Ducis Saxonie, salutem et apostolicam benedictionem. Olim vobis supplicantibus nobis, ut non obstante, quod tertia consanguinitatis linea vos ad invicem attinetis, possitis inter vos contrahere matrimonium, et in eo licite remanere, tandem vobiscum auctoritate nostra super hoc extitit dispensatum, vosque postmodum matrimonium ad invicem contraxistis carnali copula subsecuta. Verum quia pro eo, quod inter te, filia Jutta, et quondam Ottonem, natum nobilis viri Ducis de Brunelwic, qui quarto tibi attinebat consanguinitatis gradu, et nepos tuus erat, fili Marchio, per verba de futuro sponsalia intervenerant, de quo in nostris literis, quarum auctoritate huiusmodi provenerat dispensatio, mentio nulla erat, habebatis super hoc conscientiam scrupulosam, dilectus filius noster H., tituli Sancte Sabine presbiter Cardinalis, de speciali mandato nostro, facto sibi oretenus, dispensavit vobiscum, ut in sic contracto matrimonio, non obstante impedimento huiusmodi, valeatis licite remanere, prout in ipsius Cardinalis Litteris confectis exinde suo sigillo signatis plenius continetur. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, tenorem Litterarum Cardinalis eiusdem presentibus de verbo ad verbum inferi fecimus ad cautelam, qui talis est.

Frater Hugo, miseratione divina tituli sancte Sabine presbiter Cardinalis, dilectis sibi in Christo nobili viro Johanni, Marchioni Brandenburgensi, et nobili mulieri Jutte, uxori eius, nate nobilis viri Ducis Saxonie, salutem in Domino. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quod cum dominus Papa religiosus viris Abbati in Lehnin